~~1371 1370~~

cum Gnosa Anna Slawska procreata filia consorti vero suo
Illmo eiusque posteris summam Decem Millium florenorum Polonicalium rati
one veram dotis et expeditionis post ipsam acceptam et in domum
suam importatam. Necnon aliam similem summam Decem Millium
florenorum Polonicalium ratione certi veri iusti et liquidi dotalicii in
et super bonis suis generalibus omnium hereditariorum et obliga
torum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum
nec non auri argenti elenodiorum Stanni Caprinichalci pe:
cuniarum pecudum equorum equireum totiusque suppellectilis dome:
sticae nunc habitam et in post habendam tota et integra medieta
te inscripsit dedit dotavit dotaliciavit et reformavit
prout praesentibus inscribit dat dotat dotaliciat et format. Quam
quidem medietatem bonorum supra scriptorum generalium eadem
supra scripta cum eorum suis cum posteris cum omni iure do
minio et proprietate cuiusque et singulis dictis bonorum me:
dietatis utilitatibus fructibus proventibus redditibus cu:
modis emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis gentibus uni
versis nullis exceptis nec exclusis tenebit habebit et pos:
sidebit illisque pacifice et quiete uti fruetur ad ususque suos
et suorum fructuum quosdam bene placitos libere et effectualiter
convertet vigore de more aliarum reformationum hactenus et
diutius in regno observari solitarum praesenti suo personali re:
cognitione ad praemissa cum mediante.

# Wrecka et Kamienie:
# cki Roborant.

Comparentes praedictam coram Officio et actis praesentibus Castrensis Capitaneatus
Premisliensis Gnosa Anna Slawska olim Gnosa Gaspari
Wrecki cum eorum relicta viduo ab una et Gnosus Sebastia
nus Kamieniecki parte ab altera sani mentibus et cor:
poribus existentes alterius dictis iuribus iurisdictionibus gratiis

1350